

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6. De figuris eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

minicæ passionis, secundum illud Luc. 22. Hoc facere in meam commemorationem: sed memoria est præteriorum ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

¶ 4. Præt. Per baptismum aliquis ordinatur ad eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet: sed baptizatus institutus fuit post Christi passionem & resurrectionem, ut patet Matth. ultimo. ergo inconvenienter hoc sacramentum fuit ante passionem Christi institutum.

SED CONTRA est, q̄ hoc sacramentum est institutum a Christo, de quo dicitur Marci. 7. Bene omnia fecit.

RESPON. Dicendum, q̄ conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in eœna, in qua scilicet Christus ultimo, cum suis discipulis fuit conuertatus. Primo quidem, ratione continentia huic sacramenti: continetur enim ipse Christus in eucharistia sicut in sacramento. Et ideo quod ipse Christus in propria specie a discipulis discessurus erat, in sacramentali specie leipsum eis reliquit, sicut in absentia imperatoris exhibetur veneranda eius imago: vnde Euzebius emissenus * dicit, quia corpus assumptum ablatus erat ab oculis, & illatus si deribus, necesse erat ut die cenæ sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis, vt colere tur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in premit, secundo, quia sine fide passionis Christi numquam potuit esse salus, secundum illud Ro. 3. Quem propositus Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, & ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid representativum dominice passionis: cuius in veteri quadim testamento precipuum sacramentum erat agnus paschalisch, vnde & Apostolus dicit 1. Corint. 5. paœha nostrum immolatus est Christus Successit autem ei in novo testamento eucharistie sacramentum, quod est rememoratum præterite passionis, sicut & illud fuit præfiguratum futura: & ideo conueniens fuit vt inimicitate passione, celebrato priori sacramento, nouum sacramentum institueret. vnde Leo * papa dicit, q̄ vt umbræ cederent corpori, antiqua obleruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis auferunt, & legalis festivitas, dum mutatur, impletur tertio, quia ea quæ ultimo dicuntur, maxime ab amicis recedentibus, magis memorie commendantur præsertim, quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos: ea vero, ad quæ magis afficiuntur, profundius animo imprimuntur. quia igitur (vt beatus Alexander. * epist. ad omnes orthod. a med. illius to. 1. concil.)

In tent. 7. de passione Do minii, inter principium & medium.

Alex. 1. in epist. ad omnes orthod. a med. illius to. 1. concil.

In epist. 18. c. 6. a med. tom. 2.

Habent de con. d. 4. ca. Quia corpus assumptum Ho. 4. in paœha. Domini non longe a princ.

¶ 5. Præt. Transitus maris rubri fuit figura baptismi, secundum illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati sunt in nube & in mari: sed immolatio agni paschalisch præcessit transitus maris rubri, quem subsecutus est manna, sicut eucharistia sequitur baptismum. ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quā agnus paschalisch.

¶ 6. Præt. Potissima uirtus huius sacramenti est, quod introducit nos in regnum calorum, sicut quoddam viaticum: sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiationis, quando pontifex intrabat semel in anno cum languine in sancta sanctorum, sicut Apostolus probat in braeo. 9. ergo videtur q̄ illud sacrificium fieri expressior figura huius sacramenti, quā agnus paschalisch.

SED CONTRA est, q̄ apostolus dicit 1. Cor. 5. paœha nostrum immolatus est Christus. itaq; epulemur in azymis synceritatis & ueritatis.

RESPON. Dicendum, q̄ in hoc sacramento tria considerare possumus, scilicet id, quod est sacramentum, quod est panis & uinum, & id quod est res & sacramentum, i. corpus Christi uerum, & quod est res tantum. Effectus huius sacramenti, quantum igitur ad id, quod est sacramentum, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & uinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figura eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennissimum: quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnis sapientia suavitatem (vt dicit Sapient. 16.) sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia reficit mentem: sed agnus paschalisch quantum ad hanc tria, præfigurabat hoc sacramentum: quantum enim ad prium, quia manducabatur cum panibus azymis, sicut illud exod. 12. edent carnes, & azymos panes: quantum uero ad secundum, quia immolabatur ab omnibus multitudine filiorum Israel quartadecima luna, quod

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, nō tamen eodem modo nobis aduenientibus. nam ea, ex quibus sumus, nobis adueniunt per generationem: eadem autem in quantum ex eis nutrimur, nobis adueniunt per mandationem. vnde & sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per eucharistiam manducamus Christum.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ eucharistia est sacramentum perfectum Dominicæ passionis, tanq;

F continuens ipsum Christum passum, & ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habent locum sacramenta, quæ erant tantum præfigurativa dominica passionis.

AD TERTIUM dicendum, q̄ sacramentum istud fuit institutum in coena, ut in futurū esset memoriale dominicae passionis, ea perfecta: vnde signanter dicit, haec quotiescumq; feceritis, de futuro loquens.

AD QUARTVM dicendum, q̄ institutio respondet ordinu intentionis. Sacramentum autem eucharisticæ, quamvis sit posterius baptismu in perceptione, est tamen prius in intentione. & ideo debuit prius institui, vel potest dici, quod baptismus iam era taliter qualiter institutus in ipso Christi baptismo: vnde & iam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, ut legitur Ioan. 3.

ARTICVLVS VI.

Vtrum agnus paschalisch fuerit præcipua figura huius sacramenti.

AD SEXTVM sic proceditur. Videlur quod agnus paschalisch non fuerit præcipua figura huius sacramenti: Christus enim dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedech, propter hoc quod Melchisedech gesit figuram sacrificij Christi, offerens panem & uinum: sed expressio similitudinis facit, q̄ in unum ab aliis denominetur. ergo vñ q̄ oblatio Melchisedech, fuerit potissima figura huius sacramenti.

¶ 2. Præt. Transitus maris rubri fuit figura baptismi, secundum illud 1. Cor. 10. Omnes baptizati sunt in nube & in mari: sed immolatio agni paschalisch præcessit transitus maris rubri, quem subsecutus est manna, sicut eucharistia sequitur baptismum. ergo manna est expressior figura huius sacramenti, quā agnus paschalisch.

¶ 3. Præt. Potissima uirtus huius sacramenti est, quod introducit nos in regnum calorum, sicut quoddam viaticum: sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiationis, quando pontifex intrabat semel in anno cum languine in sancta sanctorum, sicut Apostolus probat in braeo. 9. ergo videtur q̄ illud sacrificium fieri expressior figura huius sacramenti, quā agnus paschalisch.

SED CONTRA est, q̄ apostolus dicit 1. Cor. 5. paœha nostrum immolatus est Christus. itaq; epulemur in azymis synceritatis & ueritatis.

RESPON. Dicendum, q̄ in hoc sacramento tria considerare possumus, scilicet id, quod est sacramentum, quod est panis & uinum, & id quod est res & sacramentum, i. corpus Christi uerum, & quod est res tantum. Effectus huius sacramenti, quantum igitur ad id, quod est sacramentum, potissima figura fuit huius sacramenti oblatio Melchisedech, qui obtulit panem & uinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figura eius fuerunt omnia sacrificia veteris testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennissimum: quantum autem ad effectum, fuit præcipua eius figura manna, quod habebat in se omnis sapientia suavitatem (vt dicit Sapient. 16.) sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia reficit mentem: sed agnus paschalisch quantum ad hanc tria, præfigurabat hoc sacramentum: quantum enim ad prium, quia manducabatur cum panibus azymis, sicut illud exod. 12. edent carnes, & azymos panes: quantum uero ad secundum, quia immolabatur ab omnibus multitudine filiorum Israel quartadecima luna, quod

quod sit figura passionis Christi, qui proper innocentiam de agnus: quantum uero ad effectum, quia per sanguinem agni paschalidis protecti sunt filii Israhel a deuafante angelo, & educti de Egyptiaca seruitute. & quantum ad hoc ponitur principia figura huius facti agnus paschalis: quia enim omnia ipsum representat, & per haec patet ratiō ad obiecta.

*Super Questionis
74. Artic. primum.*

QVAESTIO LXXIII.

De materia eucharistiae quantum ad speciem, in octo articulos diuisa.

Narr. in ratione ad finem habes qd legimus. Author de causa illo, si alibi non inuenire vinum, an esse solus panis conferandus: teneat enim partem negativam, eo perferendo sacramentum ponenda est reliquis necessariis, unde & inferius etiam dicitur, quod perferendo sacramentum canit et necessitatis, ut etiam bis in eadem missa quandoque operat lumere corporis Christi.

Tertio, Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticus.

Quarto, Vtrum sit panis azymus, uel fermentatus.

Quinto, Vtrum materia sacrificii sit vinum de uite.

Sexto, Vtrum sit admiscenda aqua.

Septimo, Vtrum aqua sit de necessitate huius sacrificii.

Octavo, de quantitate aquae, quae apponitur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum materia huius sacramenti sit panis & uinum,

APRIMVM sic proceditur. Videtur quod materia huius sacramenti non sit panis & uinum, hoc enim sacramentum perfectius debet representare passionem Christi, quam sacramenta veteris legis: sed carnes animalium, quae erant materia sacramentorum veteris legis, expressius representant passionem Christi, quam panis & vinum, ergo materia huius sacramenti magis debet esse carnes animalium, quam panis & uinum.

P. Pret. Hoc sacramentum est ubique celebrandum: sed in multis terris non inuenitur panis, & in aliquibus non inuenitur uinum, ergo panis & uinum non sunt conueniens materia huius sacramenti.

P. Prat. Hoc sacramentum competit sanis & infirmis: sed uinum nocet quibusdam infirmis, ergo audeatur, quod uinum non debeat esse materia huius sacramenti.

SED CONTRA est, quod Alex. * Papa dicit, In sacramentorum oblationibus panis tantum, & uinum aqua permixtum, in sacrificium offerantur.

RESPON. Dicendum, quod circa materiam huius sacramenti aliqui multipliciter errauerunt; quidam enim, qui dicuntur Artotyritae (ut Aug. * dicit in lib. de heresibus) offerunt panem, & carnem in hoc sacramento, dicentes, a primis hominibus oblationes defructibus terre, & ouium fuli celebratas. Alij uero, scilicet Cataphrygæ, & Paganiani, deinfantis sanguine, quem de toto eius

A corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi eucharistiam suam confidere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde fastigantes, quidam uero, qui dicuntur aquarij, aquam solam sub specie sobrietatis in hoc sacramento offerunt. Omnes autem hi errores & timiles excludunt per hoc, quod Christus hoc sacramentum sub specie panis & uini instituit, ut patet Matth. 26. vn de panis, & uinum sunt materia conueniens huiusmodi sacramenti: & hoc rationabiliter, primo quidem, quantum ad usum huius sacramenti, qui est manducatio. sicut enim aqua assumitur in sacramento baptismi ad usum spiritualis ablutionis, quia corporalis ablution communiter fit in aqua, ita panis & uinum, quibus communius homines recipiuntur, assumuntur in hoc sacramento ad usum spiritualis mandationis. Secundo, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis est a corpore separatus: & ideo in hoc sacramento, quod est memoriale dominicae passionis, sorsum sumitur panis, ut sacramentum corporis, & uinum, ut sacramentum sanguinis. Tertio, quantum ad effectum consideratum in unoquoque sumenti: quia ut Anib. * dicit super epistolam ad Cor. hoc sacramentum ualeat ad tuitionem animæ & corporis. & ideo corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis uero sub specie uini pro salute animæ offertur, sicut dicitur Leu. 17, quod anima carnis in sanguine est. Quarto, quantum ad effectum respectu totius ecclesie, quæ constituitur ex diversis fidelibus, sicut panis conficitur ex diversis granis, & uinum fluit ex diversis uinis, ut dicit * gl. sive illud primæ Cor. 10. Multi uinum corpus sumus, &c.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet carnes animalium occisorum expressius representent Christi passionem: tamen minus competit ad communem usum huius sacramenti, & ad ecclesiasticam unitatem significandam.

AD SECUNDUM dicendum, quod licet non in omnibus terris nascatur triticum uel uinum: tamen de facili, ad omnes terras deferri potest, quantum sufficit ad usum huius sacramenti: nec proprius effectus alterius est, unum tamen sine altero consecratum: quia non esset perfectum sacramentum.

AD TERTIUM dicendum, quod uinum in modica quantitate sumptum, non potest multum ægratanti nocere: & tamen si documentum timeatur, non est necesse quod omnes accipientes corpus Christi, etiam accipiant sanguinem, ut infra dicetur. *

ARTICVLVS II.

*Super Questionis
74 Art. secundum.*

Vtrum requiratur determinata quantitas panis et uini ad materiam huius sacramenti.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur quod requiratur determinata quantitas panis & uini ad materiam huius sacramenti. effectus enim gratia non sunt minus ordinati, quam esse estus naturæ: sed sicut dicitur * in 2. de Anima, omnium natura constantium, potius est terminus & ratio magnitudinis & augmenti, ergo multo magis in hoc sacramento (quod dicitur)

Tertia S. Thomæ.

*4. dist. 11. q. 2.
ar. 1. q. 3.*

*Lib. 2. de a.
n. 1. m. 1. tex.
41. to. 2.*

G G de pte-